



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCXCI. Markgraf Otto von Brandenburg verschreibt der Gemahlin seines  
Bruders Heinrich, einer Schwester der Herzöge von Baiern, ein  
Ehegeschenk von 12000 Mark und bestellt dafür Bürgschaft, am 26. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

moratis nobis et supradicte domine Anne, contorali nostre karissime sponte et libere concesserunt Nos una cum saepedata domina Anna, consorte nostra, inuestiando de feodis antedictis sollempniter atque rite, Nobilibus viris Vlrico de Hanowe et Gerlaco de Bruberch, vasallis, principum eorundem huiusmodi collationem et inuestituram vice et nomine predictae domine Anne recipientibus manifeste libere et expresse. In premissorum igitur omnium testimonium euidens et memoriam sempiternam presens scriptum exinde conscribi et figilli nostri munimine iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Venerabilis pater dominus Heinricus constantiensis ecclesie Episcopus, Spectabiles viri Eberhardus comes de Wirtemberch, Ludwicus comes (de) Oettingen, Burchardus comes de Hohemberch, Rudolfus comes de Werderberch, Vlricus de Hanowe, Gerlacus de Bruberch, Waltherus de Barbey, nec non strenui viri Johannes de Gattersleben, Bernhardus de Plotzke, Heinricus, Gebhardus et Fridericus milites de Aluensleuen, Johannes de Barbey, Johannes de Chrusmarch, Albertus de Grobe, Eberhardus de Walse, Marquardus de Schelleberch, Heinricus, Waltherus de Ramfwak, Nicolaus de Wartenuels magister curie Regalis, Hermannus Marschalcus de Landemberch, Johannes de Sumerowe et alii quam plures ydonei et fide digni. Datum et actum apud Nuremberch, VII. kal. decembris, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. nonagesimo octauo, iudicione XII<sup>a</sup>.

Nach dem Originale im K. K. Geh. Haus-, Hof- und Staats-Archive zu Wien.

**CCXCI.** Markgraf Otto von Brandenburg verschreibt der Gemahlin seines Bruders Heinrich, einer Schwester der Herzöge von Baiern, ein Ehegeschenk von 12000 Mark und bestellt dafür Bürgschaft, am 26. November 1298.

Nos Otto, dei gratia Marchio Brandenburgensis et de landsperg, tenore presentium profitentes declaramus, quibus expedit, uniuersis, Quod cum frater noster dilectus Henricus marchio Brandenburgensis Illustris, inclitam Dominam, Illustrium dominorum ducum Bawarie sororem, de maturo consilio et applausu iocundo amicorum presentium duxerit per verba de presenti legitime in vxorem, Nos eidem domine in donatione propter nuptias prouentus siue redditus ad valorem duodecim milium marcarum deputatos et estimatos a tempore nuptiarum suarum ad duos annos continuos dabimus et promittimus nos daturus, constituentes, prestantes et obligantes vna nobiscum fideiussores pro eisdem redditibus siue prouentibus sub condicionibus infra scriptis venerabiles dominos Halberstadenfis, Merseburgenfis, Brandenburgensis ecclesiarum Episcopos, fratres nostros dominum Conradum marchionem et predictum dominum Henricum marchionem illustres et fratrualem nostrum dilectum Dominum Johannem marchionem, comitem Albertum de Anehalt et comitem Bernhardum de Anehalt illustres, comitem Meinerum de Sladam, comitem Heinricum de Honstein, comitem burchardum de Lyndow,

dominum Helderunge, Nobiles, Dominum Theodericum et suum filium Dominum Fridericum dictos de Torgaw, Dominum ottonem de Ylburg, Dominum Wibaldum de Forste, Dominum Theodericum de kerkaw, dominum Berterammum de Benz et dominum Berterammum de Stegeliz. Quodsi in termino memorato prefati prouentus siue redditus, predictae domine assignati et dati siue expositi non fuerint, cum compromissoribus nostris ciuitati Brandenburg nos ad obstagium presentabimus, postquam requisiti fuerimus, infra mensem, In eadem tam diu continue manentes, donec prefate domine de premillis redditibus ad plenum fuerit satisfactum. Nihilominus Episcopus halberstadenfis et comes M. de Sladam intrabunt halberstadt et comes H. de Honstein et dominus de Helderunge se Nordhusen presentabunt obstagium facientes. In predictorum omnium euentiam plenior presentes litteras conferri iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Acta sunt hec et data Nurenberg, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXXVIII<sup>o</sup>, sexto kal. Decembris.

Nach dem Originale im K. K. Geh. Hof- und Staatsarchive zu Wien.

**CCXCII.** Der Römische König Albrecht bestätigt den Ehecontract zwischen der Markgräfin Jutta, Schwester des Markgrafen Hermann von Brandenburg, und dem Herzoge Rudolph von Sachsen und die Mitgift von Beltzig und Dommitzsch, am 2. Dezember 1298.

Nos Albertus, Dei Gratia Romanorum Rex, Semper Augustus, tenore presentium recognoscimus et publice profiteamur, quod constitutus in nostra praesentia Illustris Hermannus, Marchio Brandenburgensis et Dominus de Hennenbergk, Princeps et filius noster charissimus, promisit, quod ipse inclitam iuttam sororem suam, solenni stipulatione interueniente, Corporali insuper per eum prestito Sacramento, Illustri Rudolpho, Duci Saxonie, Principi et nepoti nostro charissimo, dabit et tradet legitimam in uxorem, deputans et dans ipsi Duci Rudolpho Dotis nomine Castrum Belticz, Castrum Domicz\*) et oppidum ibidem cum districtibus terris, bonis, uillis, Juribus, prouentibus et possessionibus aliis quibuscunque et quocunque nomine censeantur, ita uidelicet quod dictarum personarum superius nuptiis celebratis, Castra eadem cum oppido, terris, Districtibus, possessionibus et aliis suis atinentiis quibuscunque ad ius et proprietatem eiusdem Rudolphi, Ducis Saxonie, iure Domini tenenda, perpetuo et pacifice possidenda, libere et absolute, impedimento atque conditione quibuslibet cessantibus, deuoluantur. Interim vero, ante nuptiarum earundem solemnium, uult et promittit libere et expresse, ut Castrum Domicz ab eo custodiatur et fideliter conseruetur, quod etiam de Consilio et arbitrio Venerabilis Volradi, Brandenburgensis Ecclesiae Episcopi, Principis nostri dilecti, fide custodie Castrum eidem duxit deputandum. Castrum uero in Belticz custodiam ei, quem ad hoc idoneum inuenerit et fide-

\*) Schützen Domacz, Ludwigs Abdruck Dominiz.